



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quām extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de
Romæ, MDCCXVIII**

Casus VIII. Argumentum. Donatio secunda Jurispatronatus, an sustineatur, quando conditio, sub qua fuit concepta prima donatio non fuit impleta per primum Donatarium intra terminum statutum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](#)

- prædia proprii Conventus, quia egressus fuit è Monasterio non proprio marte, & animo deserendi Religionem, sed de licentia proprii Superioris, ac proinde ratione hujus egressus è Monasterio annus probationis dici non potest interruptus, & discontinuus, dum manens extra Monasterium sub obedientia Superioris, & cùm ejus licentia dicitur residere intrà illud Roderic. quæst. Regul. tom. 3. quæst. 15. art. 10. Tamburin. de jure Abbat. tom. 3. disput. 6. quæst. 11. num. 18. Barbos. ad Concil. cap. 15. sess. 25. de regul. nu. 28. & seqq. & de offic. Episcopi par. 3. alleg. 107. n. 28.
- 14 Minusque dici valet interruptus idem annus ratione fugæ, quam arripuit Patronus è Novitiatu noctis tempore, quia hæc fuga contigit non dimisso habitu Regulari, & per paucas horas, & sic est ineptus interrumpere annum probationis, ut in similibus terminis resolutum fuit à Sacra Congregatione Concilii in Tiburtina restitutio in integrum 7. Julii 1703. non obstante, quod quidam Novitius, tempore baccanaliorum nonnullis vicibus extra Conventum permanserit pernoctando etiam domi suorum fratrum, & in Patavina restitutio in integrum 29. Novembris 1710. Non obstante, quod quidam Religiosus tempore Novitiatus crebrè de nocte per fenestram cum habitu sacerdotali è Conventu evasisset, & novissimè in Casanen. Professionis 21. Augusti 1717.

ARGUMENTUM.

Donatio secunda Jurispatronatus an sustineatur, quando conditio, sub qua fuit concepta prima donatio non fuit impleta per primum Donatarium intrà terminum statutum.

SUMMARIUM.

- 1 Donatio jurispatronatus facta à Patrono cùm pacto, ut Donatarius subministret expensas necessarias pro reparatione Ecclesiæ an sit Simoniaca? Vide num. 10.
- 2 Donatio modalis jurispatronatus, qua incœpit à traditione statim sortitur effectum, & Donatarius solum tenetur ad adimplementum.
- 3 Donatio jurispatronatus dicitur resoluta, non impleta per Donatarium modo, sive

- conditione in donatione apposita. Amplia ut num. 4. limita ut num. 8.
- 5 Purgatio moræ non habet locum, quando resolutio donationis prætenditur non per viam pœnae, sed ob inadimplementum modi, seu pacti in donatione appositi.
- 6 Resoluta prima donatione ob inadimplementum modi, sive conditionis, Patronus potest validè devenire ad novam donationem.
- 7 Secundus Donatarius jurispatronatus non potest illius possessionem apprehendere nisi citato primo Donatario, & obtenta prius sententia declaratoria iudicis super facto, & quare? Vide num. 8.
- 9 In concursu duarum donationum, an & quando donatio anterior sustineri debeat.
- 10 Patronus in actu donationis jurispatronatus, quas conditiones possit, & quas non possit apponere? Vide ibi.

C A S U S . V I I I .

Quidam Patronus donavit donatione inter vivos de consensu Ordinari Titio præsenti, & acceptanti jurispatronatus cum onere, & conditione, quod ipse intrà quatuor menses subministraret expensas necessarias pro reparatione Ecclesiæ Patronalis, quam ipse donans intrà dictum terminum reparare intendebat, & succedente paulò post vacatione ejusdem Ecclesiæ Titius Donatarius præsentavit ad illam Rectorem. Elapsis autem quatuor mensibus, & non reparata Ecclesia, nec subministratis per Donatarium expensis idem Patronus existimans Titium in adimplemento conditionis defecisse ad novam donationem jurispatronatus cùm eodem onere, & conditione devenit favore Caji. Quæritur an, & quæ donatio sustineatur?

Videtur dicendum neutram sustineri, Patronus namque processit ad utramque donationem non liberaliter, prout insinuat ab Alexandro III. superius Can. XVIII. in illo verbo. liberaliter, sed exigendo ab utroque Donatario subministratem expensarum pro reparatione Ecclesiæ in recompensationem donationis, & sic aliquid temporale pro Spirituali. Unde tamquam simoniaca videtur utraque improbanda juxta Canones XII. & XIII. & auctoritates ibi in Commentario, ac in Cas. I. num. 6. relatas.

At

De Jurep. Par. II. Can. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. Cas. VIII. 321

- At hac ratione dubitandi non obstante censeo sustineri secundam donationem.
- 2 Quamvis enim prima donatio jurispatronatus favore Titii ab initio fuerit valida, & perfecta, eo quia non incepit à promissione, nec ei fuit adjecta conditio suspensiva, sed incepit à traditione, dum Patronus dedit Titio juspatronatus cum onere reparandi Ecclesiam propriis expensis, & eum immisit in possessionem jurispatronatus, permittendo ut paulò post donationem presentaret in hac ultima vacatione ejusdem Ecclesiae, quo casu statim sortita fuit effectum, & què ac si fuisset purè, & simpliciter facta, & Donatarius solum tenebatur ad adimplementum.
- Abb. in cap. verum de condit. apposit. nu. 22. ibique Gonzal. num. 3. & 4. Alexand. de Nevo num. 6. & 8. & 10. Cyriac. controv. 236. num. 2. & seq. Rot. decis. 568. nu. 19. coram Merlin.*
- 3 Tamen quia ipse primus Donatarius non implevit modum, & pactum in donatione appositorum, nimur quia non reparavit Ecclesiam Patronalem, neque subministravit expensas pro illius reparatione intrà quatuor menses sibi assignatas, quod fuit causa finalis, ratione cuius Patronus donavit illi juspatronatus, sequitur donationem esse resolutam, Donatarium indignum esse donationis emolumento, & Patrono donanti competere regressum ad juspatronatus donatum, etiamsi non fuerit appositorum pactum resolutivum per *Text. expressum in l. 1. C. de donat. quæ sub modo, & in l. fin. ff. de revoc. donat. l. donatio C. de donat. Glossin cap. verum de condit. apposit. verb. debeat revocari ibique Gonzal. n. 4. Bald. cons. 18. num. 1. lib. 1. & cons. 212. nu. 1. & 2. lib. 2. Antunez de donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. §. 1. num. 3. Card. de Luc. de donat. disc. 9. nu. 6. & disc. 19. n. 2. Castill. de alimento cap. 14. num. 7. lib. 8. Cyriac. controv. 239. num. 5. Rocc. respons. 85. num. 26. tom. 1. Gratian. discept. 929. num. 35. Rot. decis. 315. n. 10. par. 17. & decis. 142. num. 21. par. 19. rec. & in Perusina donationis 5. Maji 1702. §. Et sane posseffio coram bon. mem. Pio, & in Romana, seu Reatina donationis 4. Iulii 1704. §. Concurrente coram R.P.D. Lancetta, & in Placentina donationis 4. Maji 1708. §. Justitia coram Eminentissimo Scoto, & in Romana donationis 4. Junii 1717.*
- Pars II.*
- S. Basis resolutionis coram R. P. D. Coiro. Fortius si fuisset appositorum hujusmodi pactum videlicet si Patronus donasset juspatronatus Titio cum onere reficiendi Ecclesiam propriis expensis intrà quatuor menses, adeout in casu non implementi voluisse donationem esse nullius valoris, hoc enim pactum in fine donationis appositorum esset per se sufficiens ad inducendam resolutionem in casu non implementi *Marescot. var. resol. lib. 1. resol. 90. num. 1. & seq. Cyriac. controv. 239. num. 8. & controvers. 500. num. 32. Gratian. discept. forens. 307. num. 4. Rot. decis. 358. num. 6. coram Priolo, & decis. 353. nu. 33. par. 9. recent. & in Perusina donationis 5. Maji 1702. §. Et sane coram bon. mem. Pio, & in dicta Romana, seu Reatina donationis 4. Julii 1704. §. Etenim coram R.P.D. Lancetta.*
- 5 Nec Titio primo Donatario competere potest in hoc casu purgatio moræ, quia hæc dumtaxat admittitur ex æquitate Canonica in contractibus penalem caducitatem præferentibus, non vero in contractu donationis de jure resolutæ, seu locum habet, quando resolutio donationis prætenditur per viam penæ, scilicet quando prætenditur, prout in casu præsenti, ob inadimplementum modi, seu pacti in donatione appositi, tunc enim solum inadimplementum operatur, & causat resolutionem donationis, & regressum ad juspatronatus donatum favore donantis ratione defectus ejus consensus, qui non aliás, quam sub correspontivitate reparandi Ecclesiam Patronalem præstitus fuit *Card. de Luc. de donat. disc. 19. num. 4. Cyriac. controv. 239. num. 16. Gratian. discept. 786. num. 3. Rot. coram Merlin. decis. 19. & 20. & decis. 302. n. 19. par. 6. recent. & decis. 559. num. 16. coram Ludovis. & in Romana donationis 4. Junii 1717. §. Extranei coram R.P.D. Coiro.*
- 6 Cùm igitur prima donatio sit resoluta ob non implementum modi, sub quo fuit expleta, sequitur Patronum potuisse ad novam donationem ejusdem jurispatronatus devenire favore Caji, & hanc secundam donationem sustineri, sed tamen Caju apprehendere non potest posseffionem jurispatronatus sibi donati, nisi citato primo donatario, qui est in posseffione

Ss præ-

præsentandi, quia licet Patronus non adimplete modo per primum Donatarium possit juspatronatus alteri donare non obstante, quod primus donatarius sit in possessione jurispatronatus, *juxta Gloff.* in cap. licet de præben. & dignit. in 6. verb. conferre ibi -- Quia istud est regularē, quod rem ad collationem meam spectantem, vel jus quod in ea habeo donare, vel quocumque alio titulo in aliū transferre possum detentione alterius non obstante -- Tamen secundum donatarium in possessionem jurispatronatus corporalem inducere non potest, nec iste illam apprehendere, & privare primum Donatarium sua possessione absque citatione, ut veniat oppositurus quare non debeat fieri executio secundae donationis, & ipse à possessione removeri, absque prævia Causa cognitione, & absque sententia declaratoria Judicis super facto, per quam constet Donatarium non servasse modum in donatione appositum *juxta Textum expressum* in cap. *Licet de Præben.*, & *Dignit.* in 6. ibique *Gloff.* verb. *te non vocato Passerin.* num. 17. & seqq. *Archidiac.* num. 1. *Gemin.* num. 4., & 11. *Text.* in cap. in literis de restit. spoliat. *Præposit.* in cap. verum de condit. apposit. num. 8. in fin. ibi -- circa teritiam &c. *Factum* *Judicis* tamen requiritur ad ferendam sententiam declaratoriam facti per quam constet Ecclesiā, vel donatarium non servasse modum in donando appositum -- *Gonzal.* in cap. conquerente de restit. spoliat. num. 9. *Card.* de *Luc.* de *judic.* disc. 9. n. 29. & de *benef.* disc. 55. num. 11. *Tondut.* quæst. *benef.* cap. 112. num. 9. tom. 1. *Gonzal.* super regul. 8. *Cancell.* *Gloff.* 15. §. 1. num. 39. & seqq. *Mantic.* decif. 309. n. 4.

8 Ratio autem est, quia fieri potest, quod primus Donatarius non impleverit modum, & conditionem donationis, seu quod non reparaverit Ecclesiā, nec subministraverit expensas necessarias pro illius reparatione ex impedimento sibi praestito à Patrono, seu ex facto, & culpa Patroni donantis, quo casu defectus implementi non esset allegabilis à Patrono ad rescindendam donationem, nec esset Donatarius privandus sua donatione *Rot.* decif. 215. num. 3. coram *Dunozett.* jun. & in *Perusina donationis* 3. Junii 1701. §. Nullatenus coram bo. me. Muto; Immo secundam donationem cassari facere pos-

set, unde, ut innoteſcat an inadimplementum provenerit ex culpa Donatarii, vel potius ex facto Patroni Donantis, requiritur citatio, & sententia declaratoria *Judicis* super facto *juxta Gloff.* in cap. commissa verb. *justo impedimento de ele&t.* in 6. ibi -- Licet iutius, & honestius esset ipsum citari, & facere pronunciari illum privatum si non offendit dispensationem, vel justum impedimentum, nam si hoc omnissimū fiat collatio, ipse postea veniens, & de justo impedimento, vel dispensatione fidem faciens, collationem cassari faciet.

9 Non obstat si dicatur, quod in concurso duarum donationum illa debeat sustineri, quæ est anterior, nulla habita ratione de secunda, quæ in præjudicium primæ fieri non poterat, maximè in casu præsenti, ubi dominium, & possessio jurispatronatus fuerunt translata in primum Donatarium ad *Text.* in l. *perfecta C. de donat.* que sub modo *Castald.* consult. 229. num. 1. & seqq. *Rot.* decif. 89. num. 16. & seq. coram *Duran.* & decif. 394. num. 3. coram *Cerr.*, & in *Perusina donationis* 3. Junii 1701. §. Moti coram bo. me. Muto. Quoniam hoc procedit quando prima donatione est pura, & simplex, aut quando est modalis, & conditionalis, & modus, sive conditio fuit impleta, tunc non potest revocari, & in præjudicium illius ad secundam donationem deveniri, ut loquuntur *Rot.* decif. 773. num. 5. coram *Dunozet.* jun. & decif. 168. num. 19. coram *Merlin.* & aliæ auctoritates contrariæ; non verò procedit quando primæ donatione fuit appositus modus, & iste non fuit intrà Statutum terminum per Donatarium ex propria culpa adimpletus, tunc prima donatio dicitur resoluta, & Patronus potest secundam donationem explere ex deductis.

10 Id verò, quod superius pro ratione dubitandi in contrarium objiciebatur, attendi non meretur. Distinguendum est enim inter conditiones, seu onera omnino extrinseca juripatronatus, & conditiones, & onera, quæ sunt intrinseca, & de jure insunt eidem juripatronatus, Patronus quidem, nec post perfectam donationem, nec incontinenti in ipso actu donationis potest adjicere conditiones, & deducere in pactum ea onera, quæ sunt omnino extrinseca juripatronatus absque simonia valet

valet tamen deducere in pactum eas conditiones, & onera quæ sunt intrinseca ipsi juripatronatus, & ad quæ Patronus de jure tenetur, juxta auctoritates superioriū relatas *Can. XII. & XIII. Cas. II. n. 3.* quibus addo *Palm. nep. alleg. 77. n. 9. tom. I.* Igitur cùm reparatio Ecclesiæ Patronalis, aut subministratio expensarum pro illius reparatione, sit onus intrinsecum juripatronatus, & Patrono, ex deductis *Part. I. Can. IV.* poterat Patronus in actu donatio nis illam deducere in pactum, & injungere Donatario absque ulla labe simonie.

ARGUMENTUM.

Donatio Juripatronatus an resolvatur per supervenientiam filiorum Patroni Donantis?

S U M M A R I U M.

- 1 Refertur sententia Decii.
- 2 Lex Civilis an locum habeat, seu an observari debeat in rebus Ecclesiasticis, spiritualibus, vel spiritualitati annexis & num. 6.
- 3 Lex si unquam comprehendit donationes earum rerum, quæ continent notabilem estimationem.
- 4 Eadem lex tota fundatur in presumptione.
- 5 Lex si unquam habet locum in donatione juripatronatus. Sed limita ut num. 10. usque ad 14.
- 6 Jus patronatus licet non sit estimabile, quoad pretium, est tamen estimabile quoad decorum, honorem, & præminentiam, & conservationem memoriae familiae.
- 7 Lex si unquam habet locum etiam in donatione earum rerum, quæ sunt estimabiles quoad decorum, & præminentiam.
- 8 Donationi juripatronatus congruit ratio, seu presumption, in qua fundatur eadem lex.

C A S U S I X.

CElebris dispositio legis / unquam Cod. de revocan. donation. qua sancitur donationes resolvi, & revocari ob supervenientiam filiorum, excitavit desiderium in filio cuiusdam Patroni impugnandi tamquam resolutam donationem juripatronatus Beneficii. A factam ab eodem Patrono ante matrimonium favore proprii fratri. Quæro proinde an hæc do-

Pars II.

natio revera sit resoluta, seu an præfata lex locum habeat in donatione Juripatronatus?

- 1 Negativam sententiam expressè tetur *Decius cons. 675. num. I. ibi -- Consuluit eleganter clarissimus U. J. Doctor D. Philippus Griffus, quod dispositio leg. / se unquam C. de revoc. donat. non habet locum in donatione juripatronatus, & juridicam esse arbitror conclusionem ab ejus excellentia firmatam -- Motus ex qualitate hujus Legis, quæ non est Canonica, promanans ab eo, qui rerum spiritualium, & Ecclesiastarum est absolutus Dispensator, & Moderator, sed Civilis profluens à potestate laica, quæ super rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus nullam jurisdictionem habet, & falcam ponere nequit, unde uti*
- 2 talis inepta est comprehendere donationes Juripatronatus, quod est spirituale, vel spiritualitati annexum, ut sèpius dictum fuit in decursu hujus Operis, & animadvertisit *Jo. Andreas in cap. Non minus de Immunit. Eccles. num. 14. ibi -- Non video, quod lex non solum digestorum, sed etiam codicis, vel authenticorum possit constringere Ecclesiastas ad talia -- & est Textus expressus in cap. Ecclesia S. Mariae de Constat. ibique Abb. num. 10. Fagnan. num. 7., & in cap. Quæ in Ecclesiastarum eod. tit. n. 25. Merlin. decis. 902. num. 42., & aliae auctoritates superioriū hīc relatæ Cas. V. num. 15.*
- 3 Quæ Decii sententia veritati consona videtur, sive attendatur natura hujusmodi Legis, sive illius ratio. Et quidem attenta hujus Legis natura, ipsa comprehendit donationes earum rerum, quæ continent notabilem estimationem, seu quæ sunt considerabilis valoris. *Covarr. var. resol. lib. I. cap. 19. n. 12. §. His etiam Cancer. var. resol. par. I. cap. 8. num. 126. Gabriel. conclus. 2. num. 77. lib. 3. Amofaz. de caus. piis lib. I. cap. 3. num. 25. Rot. in Fulginaten. donationum 26. Aprilis 1709. §. Quamvis coram R. P. D. Crispo, Jus autem Patronatus nullius est valoris, cùm non sit pretio estimabile, adeoque dicta Lex locum habere non potest in illius donatione. Attenta verò ratione præfactæ Legis, hæc tota fundatur in presumptione; quia præsumit, quod si de filiis Donator cogitasset donationem non fecisset. *Honded. cons. 43. num. 16. tom. I. Casill. controv. jur. lib. 4. cap. 31. num. 93.**
- 4 Card.

Ss 2

Card.